



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 62. Summi Pontificis querelæ apud Regni Regentem de quodam  
decreto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

**Sæc. XVII.** brevi publicos Beatorum honores V.  
A. C. 1716. nerabili Bellarmino Cardinali decen-  
nendos, ut saltem hac ratione illi, qui  
tam indigne vilipenderentur in terris, ho-  
norarentur in cælis.

## §. LXII.

*Summi Pontificis querelæ apud Regni  
Regentem contra quoddam  
decretum.*

**Clem. XI.**  
**pag. 2142.**

Præterea Noaillius Cardinalis erga sumnum Pontificem, quem contra se a Jesuitis acrius irritatum suspicabatur, minus propensum sovebat animum: Ut vero a Pontificis ira tutum se redideret, simulque eidem per latus molestiam inferret, Conscientiæ Senatus, in quo ipse Præsidis partes agebat, auctoritate usus, ad præfatum Senatum omnes Ecclesiasticorum causas novo edicto evocari adlaboravit: Hoc comperto Pontifex, cum Ecclesiæ libertatem penitus everti crederet, die prima Maij ad Philippum Regni Rectorem querulas hasce dedit literas:

„Quartus jam labitur mensis, ex „quo inaudivimus editam isthic fuisse „sub nomine charissimi in Christo Filii „Nostrí Ludovici Francorum Regis Chri- „stianissimi, ordinationem quamdam „pro norma consilii, quod *Conscientia* „vocant,

res Ve-  
decer-  
illi, qu-  
ris, ha-  
l Regni  
m  
is erga  
contra  
spicaba-  
nimum:  
se red-  
us mo-  
enatus,  
agebat,  
n Sen-  
causfas  
; Hoc  
esiræ li-  
et, die  
Recto-  
s:  
is, ex  
: fuisse  
to Filii  
s Chri-  
amdam  
scientia  
vocant,

„vocant, observandam, qua Ecclesiæ Sæc. XVIII.  
„libertatem ac jura non modo lædi, A.C. 1716.  
„sed pene funditus everti, rumor ipse  
„publicus ad Nos attulit. Pervenit  
„paulo post ad manus nostras ejusmodi  
„Ordinationis exemplum, illudque re-  
„vera adeo iis. quæ fama vulgaverat,  
„consonum deprehendimus, ut ægre  
„adduci potuerimus ad credendum,  
„ipsam Ordinationem veram esse, nec  
„levis animo nostro inhæserit suspicio  
„potuisse illam a turbulentis, ac male  
„cordatis hominibus subdole effingi,  
„ad conflandam novo Regimini invi-  
„diam, ac imminuendam eorum lau-  
„dem, quæ a Te pro salubri, rectaque  
„istius florentissimi Regni administra-  
„tione constituta fuerunt. Verum cum  
„non sine gravissimo animi nostri dolore  
„satis jam, superque certi facii fueri-  
„mus, non modo præfatam Ordinatio-  
„nem vere promulgatam fuisse, sed e-  
„tiam ex illius præscripto occurrentia  
„negotia nunc discuti in memorato con-  
„filio *Conscientiæ*, atque inde ad aliud  
„generale Consilium Regiminis deferri:  
„tacere amplius non possumus, nisi  
„muneri nostro turpiter deesse, ne-  
„glectique graviter apud æternum Ju-  
„dicem Pastoralis officii rei esse veli-  
„mus. Quomodo enim tacebimus, ubi  
„in eadem ordinatione perspicimus,  
„dis-

Sæc. XVIII. „disjectis plane ac penitus revulsis ter.  
A. C. 1716. „minis illis, quos inter spiritualem &  
„sæcularem potestatem divino nutu po-  
„suerunt Patres nostri, præfato con-  
„silio Conscientiæ inter cætera attri-  
„bui, ut generatim, ac universæ præ-  
„scribat Regulas, quas ab eo postulari  
„contigerit in iis, quæ ad disciplinam  
„Ecclesiasticam, Sacramentorum ad-  
„ministrationem, divinique cultus, ac  
„servitii decorem pertinere noscuntur?  
„Ut absque ullo discrimine cognoscere  
„valeat de querelis Diæcesium, quæ  
„ab Episcopis, Capitulis, seu aliis com-  
„munitatibus tam sæcularibus, quam  
„regularibus, aliisque privatis ad illud  
„deferuntur super negotiis Ecclesiasti-  
„cis? ut illis sibi liceat se immiscere  
„quæstionibus, quæ de rebus ad reli-  
„gionem spectantibus in Universitatibus,  
„ac potissimum in Facultatibus sacræ  
„Theologiæ quandoque excitantur? ut  
„novas insuper institutiones, seu re-  
„formationes in Monasteriis introdu-  
„cendas, ac tam veteres, quam recen-  
„tes illorum Constitutiones, necnon  
„leges, seu ordinationes quascunque,  
„quæ pro Regularibus Ordinibus seu  
„pro communitatibus sæcularibus pro-  
„ponentur iis, quæ religionem, & di-  
„sciplinam Regularem, & Monasteria  
„eiusmodi domorum respiciunt, expen-  
„dere

„dere valeat? Quis jam non videt his, Sæc. XVIII.  
„& aliis pluribus, quæ in præfata or- A.C. 1716.  
„dinatione continentur, Sedis Aposto-  
„licæ jura perturbari, Ecclesiasticam  
„libertatem everti, Episcoporum au-  
„toritatem pessimum datur, leges demum,  
„ac Regulas a sæculari potestate præ-  
„scribi Divinæ institutioni penitus ad-  
„versantes? quis non videt, si hæc  
„diutius dissimulari contingeret, quæ-  
„nam inde antiquæ disciplinæ defor-  
„matio, & ruina, quænam recti Ordi-  
„nis perturbatio, quænam demum sa-  
„crarum & profanarum rerum contur-  
„batio fecitura esset non tantum in Gal-  
„lia, sed in omnibus aliis Christiani Or-  
„bis Provinciis, manante indies latius  
„ubique gentium exempli auctoritate?  
„Ad te proinde voces & vota nostra  
„convertimus, dilectissime in Christo  
„Fili noster, cui incliti istius Regni per  
„minorem Regis ætatem administrandi  
„cura commissa est, intimo Te paterni  
„nostris cordis affectu, ac in visceribus  
„Christi Jesu rogantes, & obsecrantes;  
„imo & tanquam Deo adhortante per  
„Nos, requirentes & serio admonentes;  
„ut posthabitatis eorum consiliis, qui ter-  
„rena tantum sapiunt, ac tum maxime  
„le Reipublicæ quæstum fecisse putant;  
„cum aliquid Ecclesiæ detraxerint, in-  
„noxio ejusmodi Regis nomini irroga-  
„tam

Sæc. XVIII. „tam maculam omnino deleas, nec  
 A. C. 1716. „nas ejusmodi nomen diutius Ordin-  
 atio illi præfixum legi, qua præ-  
 „pua ejusdem Regni fundamenta, que  
 „in rerum sacrarum reverentia, & in  
 „Ecclesiæ auctoritate, juribusque tue-  
 „dis posita sunt, convelluntur. Nonne  
 „optime nosti, quod Regius puer, ubi  
 „Regni gubernacula suscepturnus erit,  
 „solemni sacramento polliceri Deo de-  
 „bebit, se Divinæ ejus gloriæ omni ope  
 „& studio inserviturum, sanctæque sure  
 „Ecclesiæ, ac illius Ministrorum Pri-  
 „legia, libertatem ac jura conservatu-  
 „rum. Nonne itidem nosti, quod ipse  
 „suorum more majorum, inter tot pre-  
 „claros Regiæ Majestatis titulos, eum  
 „inter primos, ac pretiosores habebit,  
 „quo ejusdem Ecclesiæ Protectorem,  
 „ac vindicem compellari se audiet? Ne  
 „igitur patiaris illum Regni sui primor-  
 „dia a sacrarum ipsius Ecclesiæ legum  
 „violatione auspicari, in quibus scilicet  
 „nihil magis obvium, atque frequen-  
 „tius sancitum reperitur, quam quod  
 „ii, quibus tantum humanis rebus,  
 „non Divinis præesse permisum est,  
 „nequaquam de illis, per quos Divina  
 „ministrantur, judicare præsumant;  
 „Sacerdotibus enim, ut sacri Canones  
 „loquuntur, voluit Deus, quæ Eccle-  
 „siæ disponenda sunt, concredere, non  
 „sæculi

„sæculi potestatibus, quibus cum nulla Sæc. XVIII,  
„in iis, quæ spiritualia sunt, attributa A.C. 1716.  
„sit Facultas, discere eis in his conve-  
„nit, non docere: sanctis veterum Pa-  
„trum regulis ubique clamantibus nihil  
„ad sæculi Principes in Ecclesiasticis  
„negotiis, præter reverentiam, per-  
„tinere. Audi, Fili dilectissime, vo-  
„ces Ecclesiæ: Audi voces nostras;  
„quin imo audi voces Christi ore Te-  
„nostro alloquentis; quippe, qui ad  
„Ecclesiæ Præpositos dixit: *Qui vos*  
„*audit, me audit, suscipe verba Patris*  
„*tui amantissimi non quærentis, quæ*  
„*sua sunt, sed quæ Iesu Christi, ac de-*  
„*tua vera felicitate, hoc est, de tua*  
„*imprimis æterna salutem summoperè so-*  
„*liciti.* Consule honori tuo, honori  
„Regis, honori Ecclesiæ, ac ne supra  
„Episcopale fastigium, imo & supra  
„sanctam hanc Sedem erigat se sæcu-  
„lare Tribunal, ordinationem supra-  
„dictam, & quidquid ejus occasione ad-  
„versus Ecclesiæ libertatem & jura  
„actum, gestumque hactenus fuit, cor-  
„rigi & emendari quamprimum cura:  
„supernam Dei opem, tibi non minus  
„quam Regi ipsi, ac Règno usquequa-  
„que propitiam, uberem nobis & con-  
„facerdotibus nostris gaudii materiam,  
„ingentem denique nomini tuo pietatis  
„& Religionis laudem comparaturus:

Hist. Eccles. Tom. LXIX.

Z , Id

Sæc. XVII. „Id porro, ut juxta datam tibi a Dom.  
 A. C. 1716. „no Sapientiam alacrius exequi valeas;  
 „scire Te volumus, quæcunque in ea  
 „dem Ordinatione sive sanctæ Dei Ec-  
 „clesiæ, sive Apostolicæ Sedis ration-  
 „bus quovis modo officiunt, seu officere  
 „possunt, per se manifesto irrita & ina-  
 „nia esse, nulliusque roboris ab initio  
 „fuisse, ac perpetuo fore, prout Nos  
 „illa, quatenus opus sit, cum omnibus  
 „inde secutis & quædocunque secu-  
 „ris auctoritate Apostolica tenore pre-  
 „sentium declarâmus.,

### §. LXIII.

*Quesnelli querelæ contra Joannem  
 Claudium Pictaviensem  
 Episcopum.*

*Lettre du  
 P. Quesnell.  
 à l'Évêque  
 de Poitiers.  
 Prop. damn.  
 LXXIX.  
 LXXX.  
 & seqq.*

Hoc item anno die decima nona Ja-  
 nuarii Joannes Claudius Pictavien-  
 sis Episcopus mandatum Pastorale edi-  
 dit, in quo contra P. Quesnellum, quem  
 Novatorem nominabat, ejusque propo-  
 sitiones damnatas de promiscua lectio-  
 ne S. Scripturæ suo Clero & communi-  
 gregi interdixit, vetuitque, ne hæc  
 propositiones per Constitutionem Uni-  
 genitus proscriptas innovarent, eoquod  
 ad evertendam fidelium submissionem  
 erga legitimæ potestatis auctoritatem  
 hac in re debitam colliment, & hærc-  
 torum